



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. I. Quinam loca Ecclesiastica immunitate gaudeant?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

TITVLVS XLIX

DE IMMUNITATE ECCLESIARVM, COEMETERII, ET RERUM AD BAS PERTINENTIUM.

Immunitas Ecclesiastica, de qua hic sermo est, aliud non est, quam jus, quo Ecclesia res, vel persone Ecclesiastica ab oneribus, vel etiam officiis secularibus libera, & exempta sunt; triplex autem communiter hæc immunitas est, localis scilicet, quæ Ecclesiis, & aliis locis Ecclesiasticis competit; realis, quæ rebus, seu bonis ad Ecclesiam, vel Clericos pertinentibus concessa est; & personalis, quæ gaudet personæ Ecclesiasticæ. Sit ergo

& quæ adherent Ecclesiis, sacristia v. g. porticus, atrium, turris, tecti pars etiam superior, Ecclesiæ sine Superioris auctoritate destructæ, & quarum reparandarum spes est, gaudent hac locali immunitate, quia in materia hac favorabili nomine Ecclesiæ veniunt. Secundò competit locale hoc immunitatis privilegium cœmeteriis c. ult. h. r. quæ eisdem privilegiis cum Ecclesiis gaudent; oratorii, in ædibus etiam privatorum auctoritate Episcopi, ad divinum cultum deputatis; & univèrsim, quæ de jure Canonico religiosa loca censentur, uti hospitalia auctoritate Episcopi erecta, monasteria cum toto ambitu claustrum.

SECTIO I.

De immunitate locali, quæ competit Ecclesiis, & aliis locis Ecclesiasticis.

§. I.

Quanam loca Ecclesiastica immunitate gaudeant?

Gaudent immunitate hac locali primò Ecclesiæ non tantùm consecrata, sed etiam, quæ auctoritate Episcopi benedictæ, aut ad publicum usum divinorum deputata sunt, c. Ecclesia q. h. r. quia talis locus ex sola tali auctoritativa deputatione facer censetur, etiam si officia divina nondum in tali loco celebrentur: & hinc etiam interdicitur Ecclesiæ, Ecclesiæ pollutæ, nondum reconciliatæ, Compend. Pirhing.

§. II.

An in Ecclesiis, aut aliis locis sacris, vel religiosis judicia exercere, sit contra immunitatem Ecclesiasticam?

Non tantùm judicia criminalia, in quibus agitur de fusione sanguinis, aut pœnâ corporali, in Ecclesiis aut aliis ejusmodi locis sacris exerceri non possunt, sub pœnâ excommunicationis, c. Cum Ecclesia q. h. r. sed nec civilia secularia, non quidem, quæ sunt merè voluntariæ, sed quæ sunt contentiosæ jurisdictionis, ita ut nulla sint, & irrita, processus, & sententia in Ecclesia, instituta, LII I.